

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ivstina V. Et M. 26. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

27.S
tun
nes
eve
om
lun
ab
sci
ma
&
nu
ia
Ch
C
eq
ta
iv
S
N
m
E
S
26. SEPT.
§ 24 *Vitæ Sanctorum.*
Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miserere nobis, aitque vetitum esse cæli consulto quidquam his addi. Simul legatione suâ perfunditus ad musicam suam moriens abit. Interea Patriarcha voluit, ut voces auditæ repereret terra, cantuque etiam ipsa calo, quod provocaverat, responderet. Factum, & Trisagion cantatum terram firmavit trepidam; ut homines non jam certasse tantum Superis voce sed tunc superasse videantur. Ex Men.

S. IVSTINA V. ET M.
26. Septembris.

tunc
AN hodie suum parentes faciant, nescio, olim parentum officium liberi etiam fecerunt. Ita IVSTINA à teneris annis Christianas leges clam edicta, docere easdem parentes coepit. Et jam per matris ad pectus patris aditum sibi fecerat, cum hunc nutantem jam in partes Christianas visus per sonum ipse CHRIS TVS impulit. Itaque brevi post mortuus pater vitam in acceptis filiæ tulit. Cæterum suite Parnaso nescio quis Aglaidus, qui oblitus virgines esse, quas colebat, Musas, impuris amoribus extremum IVSTINAM deperibat. Sed Palladem scilicet castitatis Agide contra omnes preces & minas armatam reperit. Itur ergo ad CYPRIANVM nobilem

27. SEPT. Vitæ Sanctorum. 525
tunc cum primis magum, & orco omnes amores contra IVSTINAM evocantur. Sed omnes faces incestæ, omnia tela unico crucis clypeo repelluntur, & totus Cupidinum exercitus ab unicâ fugatur Dianâ. Enimvero irasci hic arti suæ, sed multò magis artis magistro Cacodæmoni CYPRIANVS, & quia hic victimum palam se fatebatur, nuntium illi mittere, jamque libros & in libris Venerem Vulcano dare, ipse Christo & IVSTINÆ adhærere. Cum hâc in exilium, in carcerem, in equuleum, in bullientes à flammis sartagines, ad palum denique & secures ivit. Itaque quando hodie virginis IVSTINÆ, virum magum CYPRIANVM, hoc est oviculæ lupum junximus, an non aurea secula reduximus?
Ex Lipeloo.

S.NIL VS ABBAS. 26. Septembri.

Optime omnium post conjugis mortem viduam vitam NILVS egit, quando solus jam in locis solis egit. Sed quid dico solus, quando exempli socios complures, & Cryptæ Ferratæ Abbas imperium in Magnates & adeò Imperatores & Pontifices habuit? Nam ut alios raseam, Eupraxium Imperatoriâ præfeturâ superbum morbo curavit, & inter monachos adscriptum morre paulò post felici beavit. Alios

L 1 3 viros